



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XLII. De alienatione iudicii mutandi causa facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

5. A quo iudice petenda restitutio?

Olim a Prætorè, hodie a Principe vel iudice ordinario, administrationem habente, aut eius delegato, siue causa ei spiritaliter demandata fuerit, siue incidenter *pen. hoc t.* in iudicium coram se habitum veniat in integrum restitutio.

De alienatione iudicii mutandi causa facta.

TIT. XLII.

1. Quando dicitur fieri alienatio mutandi iudicii seu fori causa?

Quando quis timens, ne iudicio conveniatur, ut quia forte intelligit contra se a S. P. impetratum esse rescriptum, super aliqua re, quam possidet, transfert eam rem in alium, qui potentior est ac *c. i. b. t. & durior*, ut hoc pacto frustretur adversa *l. 2. C. Ne liceat potentiorib.* rium, & rescriptum eludat.

2. Quæ est pœna actiones ejusmodi tam in se, quam a se in alios transferentium?

Tales Ecclesiasticis censuris sunt compescendi, & possessiones suas ex prædicta causa in alios transferendo, nihil agere dicuntur: poteritque impetrans rescriptum eo uti etiam adversus eum, in quem

e.i. hoc tit. res est alienata, licet ejus in rescripto sit facta mentio.

De Arbitris.

TIT. XLIII.

Officium arbitri pertinet quoque ad finiendas, quod ut suscipere vel stare ab initio est voluntatis, ita scriptum fit necessitatis: adeo, ut qui arbitrium susceperint, cogi possunt dicere, sententiam dicere.

*l. 3. §. pen.
D. De recepti. arbit.*

1. *Quomodo differunt Arbitri a Iudex?*

Conveniunt quidem in eo, quod sententia judicis & arbitri sententia stare debeat, sive æqua sit, sive iniqua. Differunt vero, quod iudex auctoritatem judicandi habet publicam, vocamus jurisdictionem, arbitri vero jurisdictionem, ut potestatem in sensu privatorum adsumptus ad dirimendam: atqui privati potestatem auctoritatem, quam non habent, non possunt.

2. *Quomodo ergo differunt Arbitri a Arbitratores?*

Quod Arbitri, ut dixi, jurisdictionem non habeant, neque ordinariam, nec delegatam, nec pacis solius causa